



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digr. 14. Quorsum hæc Philosophi disputatio pertineat. Quidque de
pha[n]tasia senserit Plato, ad tex. com. 59.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

Aut vnus rei opinio est, alterius sensus; aut eiusdem per se tum opinio, tum sensus. Si diuersarum sint rerum; profecto ex illis phantasia non constare manifestum est. Si eiusdem; duarum igitur facultatum vnum & idem per se obiectum fuerit. At facultates distinguuntur obiectis & proprium sibi habet vnaqueque obiectum: non est igitur phantasia opinionis & sensus complexio.

Digressio xiv. Quorsum hæc philosophi disputatio pertineat, quidque Plato de Phantasia senserit.

Quod hoc loco ab Aristotele queritur, num phantasia opinionis & sensus complexio sit, propter Platonem disputari, cuius ea fuerit sententia; Græci omnes interpretes tradunt; & ipsiusmet Platonis verba confirmant, quæ totidem planè in Sophista leguntur. Sed Themistius verò Platonem sensisse phantasia nihil esse aliud, quàm cum sentimus quidpiam & ita esse opinamur; eamque sententiam vt falsam iure optimo ab Aristotele confutatam fuisse docuit.

Philoponus autem eum quidem hæc dixit aduersus Platonem disputasse, quasi is ita de phantasia senserit: Platonis tamen patrocinium duobus modis suscepit. Primum enim eum respondit re ipsa non existimasse ex opinionis & sensus permissione phantasia constare: verum ita loquutum de illa fuisse, vt inter opinionem & sensum mediâ & quasi vtrique conterminam eam esse significaret. Solent enim media ex extremis composita dici, quod simile & affine ambobus naturam habeant. Sic in Timæo quoque ex diuina & diuina substantia constare animam prodidit.

Altera Platonis defensio fuit. Cùm non proprie de phantasia, quæ à cæteris distincta facultas est, ita loquutum fuisse: sed phantasia appellasse falsâ & apparentia visa, quæ vera esse videntur. Nimirum vt Sophista, qui præfignator fuerat appellatus, quod circa non ens veretur; cauilium quendam dilueret; si circa non ens verfor, non ens igitur est. Diluit autem plures non entis acceptiones distinguens, inter quas ens falsum continetur, cuius vna species circa opinabilia est. Est enim opinio per se agens & sensus veri sint; cùm tamen opinio per sensum operatur, fallit: vt cùm remum in aqua cernens fractum esse opinatur. Atque huiusmodi falsum phantasia, hoc est apparentiam appellauit Plato ex opinione sensusque constantem. Hoc verò eo minus reprehendere debet Aristoteles, quod exilem ipsamet & obscurum sensum phantasia non multo ante appellauit.

Denique Simplicius non solum in Sophista, sed & in Philebo hanc ait à Platone expositam esse de phantasia sententiam. Quod an verum sit, iudicent alij. Næ ego de memoria, non de phantasia in Philebo sermonem esse reperio; quo ex sensu & memoria opinio in nobis dicitur nasci. Quod autem ad rem præsentem attinet, tantum abest, vt Aristotelem putet Simplicius Platonis illam de phantasia sententiam hoc loco reprehendisse; vt eum potius interpretatum illam fuisse scribat. Non inquam ita intelligendâ esse, vt antecedit sensus, sequatur opinio; neque vt simul operentur, operationes tamen non permisceantur. Verum ita, vt simul concurrentes tam aptè cõplicentur, vt vna communis vtriusque actio confectur. Non vtriusque refractione & secundam partem corruptione: quoniam hæc corporum

A mistio est. Neque vnus per aliam totam permutatione, integra manente vtraque; aut alio quouis modo. Sed nature extremorum participatione, quæ in mediis vel simplicibus esse solet. Sic enim ipsemet Aristoteles in libro de sensu & sensibili alij; in locis colores intermedios dixit ex extremis albo & nigro fieri. Qui tanta ex iisdem principijs perspicuitate, opacitate, & lumine, existit, ex quibus nascuntur extremi. Neque albedo & nigredo qualitates sunt ad vicissim agendum comparatæ; vt actione mutua & passione permisceri ac mediis colores procreare possint.

BEgo verò Platonem non dubito phantasia intellexisse velut vnâ & simplicem facultatè à sensu & opinione distinctam atque inter vtrâque mediam. Neque enim aut tam parum sapiens, aut tam mæ viribus & actionibus separandis tam parum occupatus fuisse credendus est, vt eâ verè crederet sensus & opinionis, hoc est intellectus, duarum facultatum & operationum tantopere distictam permissione esse; sanè is non minus, quàm Aristoteles, phantasia appellauit simulachrorum magistratam atque optime vim scilicet animæ illam, qua rei externe simulachrû & phantasma interius in nobis gignitur. Sed eam duplicem esse voluit; non re, sed ratione; nec tam animæ facultate, quàm opere. Alterâ phantasmatum, alterâ similitudinû productricem. Quod ex lib. 7. De Rep. licet cognoscere. Placet, inquit, primam partem vocare intentionem, secundam cogitationem, tertiam fidem, postremam imaginationem vel assimilationem. At cur eam ex sensu & opinione constare prodidit? Non id profecto affirmat, vt hanc illius naturam, esse sentiam ac definitionem poneret. Sed vt principia indicaret; ex quibus illa pendet, quibusque qualis sustentatur: modumque doceret, quo in nobis ea operatur. Neque de phantasia vniuersè, sed ad hominè contractè: in dialogo loquutus est. Immo ne in hominè quidem absolute: sed quatenus intellectui famulatur, aut ad cognoscendum, aut ad res cognitâs oratione ac sermone promendas. Cùm enim cogitatione, opinionem, & phantasia pronuntialet, tû veras in animis nostris effici, tum falsas: vt id intelligeretur, quid vnaqueque sit & quomodo ab aliis differat, exposcit.

CAc primum cogitationem & orationem id esse accepit. Sed cogitatione dici, qua sine strepitu vocis secû ipse interius colloquitur animus: orationem autem, quæ per os pronuntiatione effluit. Deinde quod in oratione sunt affirmatio & negatio, hoc in cogitatione opinionem esse: interiore videlicet affirmationem animi aut negationem, qua ita esse aut non esse opinatur. Tum verò addidit; cum non per ipsâ, sed per sensum hæc passio accidat; hoc phantasia esse. quid inquam? Passio in anima facta per sensum. At nonne hæc ipsa est phantasia definitio, quæ mox adferet Aristoteles: Phantasia est motus factus in sensu actu. Vnde quiuis intelligat, eandem vtriusque philosophi de phantasia fuisse sententiam; eam inter sensum & opinionem seu cogitationem esse mediâ: obiecta externa sensibus primû suscepta transmittitur ad phantasia, atque ab hac cogitationi & opinionem, quæ cogitationis cõclusionem appellauit Platonem, hoc est intellectui, proponitur. Postremo ex his cõclusionibus oratio vera & falsa est, cogitationem quoque esse, quæ interior velut oratio animæ est. Atque adeo opinionem, quæ cogitationis cõclusio est in qua opiniois & sensus commissio reperitur. Quæ verba si de ipsa cogitationis cõclusionem intelligantur quem-

quemadmodū intelligēda videtur mirari possum⁹, A
 quomodo Themistius, Philoponus, & Simplicius
 phantasia à Platone committionē appellatā fuisse
 dixerint: cum non de phantasia, sed de cogitatio-
 nis conclusione verba illa pronuntiauerit; quæ
 opinionis & sensus committio est, quatenus opi-
 nio est à sensu causata; circūque sensilia versatur,
 tum opinio, tum sensus. Quod si de phanta-
 sia profus accipiatur; hæc sensus & opinionis
 committio dicta est; non quod formaliter sit ve-
 rum tum quia illorum entium est, quæ & sensilia
 sunt & opinabilia. Siquidem scientiam Plato
 circa intellectilia, opinionem circa sensilia posuit.
 Tam quia phantasia & per sensum fit in anima,
 & ipsum opinionis causa est vt obiectum. Quare
 velut vtriusque committio videtur esse, quatenus
 circa illud tum sensus causando, tum opinio co-
 gnoscendo versatur.

Certe Plotinus eximius Platonius in extre-
 mo libro, Quæ & vnde sint mala, *carvosia* in-
 quit *πληθὺν ἀλλόθεν ἐκ ἑξῶθεν*; hoc est phantasia
 impulsio est irrationalis partis ab externis illata.
 Et Alcinoius in libro, quem de doctrina Platonis
 scripsit, dum in cap. 4. de vitibus animæ sen-
 tentiam illius exponeret; non phantasia, sed
 opinionem memoriæ & sensus complexionem
 esse prodidit. Memoria verò, tum Platoni, tum
 Aristoteli, idem re cum phantasia fuit. Phanta-
 siamque velut picturam quandam esse defini-
 uit Plato; quando anima opinione concepta co-
 gitatione refringens in ea respicit, velut in illa,
 à quibus ista manarunt.

At enim quid hoc loco Aristoteles? Si graui-
 simis interpretibus liceat contradicere, non equi-
 dem affirmabo eum hæc aduersus Platonem dis-
 putasse. Quippe nulla illius mentio aut vel mi-
 nima significatio, vbi libi non obscura esse solet.
 Sed absolute quid Phantasia sit disputans, cum
 nec sensum nec opinionem seorsim esse ostendit,
 vt nullum disputationis caput pratermit-
 teret, disputare quoque voluisse, num opinio sit &
 sensus simul. Et idem diuersos illos modos co-
 memorasse, quibus cogitare id quispiam potuisset.
 Quos apud Platonem ego non reperio: sed illam
 solam sensus & opinionis committionem, quam
 de phantasia dixi fortasse non intelligi. Quod enim
 est in Timæo, sensata hæc entia, quæ idea in mate-
 riæ susceptione constant, opinio per sensus com-
 prehensenda esse; minime est ad rem. Neque ibi
 de phantasia sermo. Sed ideas tradidit Plato ra-
 tione sola comprehendendi, sensilia entia opinione,
 quæ à sensibus principium habet; dum hæc sen-
 sibus primū percipiuntur, inde ad opinionem
 traducuntur.

Verū si quis hanc disputationis partem om-
 nino ad Platonem pertinere contendat; poterit re-
 sponderi, non tam hominis sententiam, quam ver-
 ba & loquendi modum, qui eum ita sensisse præ se
 ferat, reprehendi. Neque tam propterea aduersus
 eum disputari, quod id senserit; quam quod ita lo-
 quutus sit, vt id sensisse credi à quopiam posset, qui
 hominis fortasse aut oritate in errorem adducere-
 tur. Etenim hanc ob causam alibi quoque dispu-
 tationem aduersus eum susceperat fuisse, etsi non
 in eadem causa, credendum est.

TEXTVS.

ὁ αἰσθητὸς ἂν καὶ λευδῶν, ἐστὶ δὲ ἄμα καὶ ἀλλόθεν ἔρχεται (ὡς φασὶν) ἢ ἄλλοις ποδῶσιν. πῶς οὖν ἢ οἷον καὶ ἄλλοις ποδῶσιν;

*Apparent autem & falsa, de quibus simul existimatio-
 nem veram habet. Quemadmodum apparet quidem Sol
 vnus pedis: persuasum vero est terra maiorem esse.*

COMMENTARIVS LX.

Valis argumentatio superioribus verbis con-
 tineretur ad ostendendum phantasia opinionem simul & sensum non esse; satis in eorum
 interpretatione significauit. Tam promittitur altera;
 quæ vt aperta & plana oratione proponitur, sic ex-
 plicatione longa non indiget. Sensus, inquit, &
 opinio pugnantēs sepe sunt ac sibi contradicunt;
 alter vetus est, altera falsa; alter ita esse indicat, al-
 tera non esse. Et quidem circa rem eandem cōside-
 rantur; quemadmodum dictum est considerandas
 esse, si ex illis phantasia constare dicatur. Hoc enim
 est, quod ait (apparent autem & falsa, de quibus,
 hoc est de iisdem de quibus illis ipsis, de quibus veram
 simul existimationem habet. *ὁ αἰσθητὸς* autem hinc
 non est positum vt paulò ante pro *καρῶσιν*. Ne-
 que apparere phantasia, vt Simplicius voluit, sed
 sensus actionem & iudicium significat. Sensus in-
 quam de re quopiam indicat falsa, de qua existima-
 tio est vera. Vt cum remum in aqua fractum dicit
 sensus, opinio integrum. Et dum fabulosarum ac
 monstruosarum rerum picturas spectamus, opinio
 sanè à sensu dissentit, neque vera esse credit, quæ
 aspiciamus. Ac demum (quod philosophus hoc lo-
 co adfert) Solem aspicientes vnus pedis eum esse
 iudicamus, quem astronomorum demonstrationi-
 bus persuasi vniuersa terra multò maiorem esse
 existimamus, centiesque sexages sexies totam il-
 lius magnitudinem superare cognoscimus. Quo
 loco Philoponi error corrigendus est; qui me-
 moriæ fortasse fuit, cum centies septuagies ma-
 iorem fecit. Voluit autem Aristoteles sensum &
 opinionem tum circa idem versari, tum simul ope-
 rari. Quoniam si non in sole, cuius exemplum ad-
 fert, in aliis certè plerisque aut res ipsa aut opinio
 mutari potest, si alio tempore accipiatur. Eam
 item adiunxit vocem, vt argumentationis vim,
 aut etiam assumptionem, vel absurdum, quod inde
 consequens erat, indicaret. Phantasia namque
 in eodem momento vera simul & falsa esse non
 potest; non est igitur sensus & opinionis com-
 plexio. Ita deduxit Simplicius. Secus Themistius,
 nec minus accommodatè. Qui vim in eo posuit
 argumenti, quòd duo illa tam contraria iudicia,
 sensus & opinionis, sociari simul & ad phanta-
 siam constituendam conciliari nequeant. Vtroque
 modo Philoponus: altero in Theoria ad textum
 158. altero in Praxi ad hæc ipsa verba.

Duo porrò adnotabis hoc loco. Alterum,
 existimationem pro opinione fuisse positam, ge-
 nus pro specie. Sicut in textu 153. & 154. opina-
 CCCC iij

*Phanta-
siam sen-
sus & o-
pinio-
nem
comple-
xionem
non esse*

*Solis vnus
pedis*

*Vi. vnde
res phi-
lophos
Aristote
interpre-
tatur.*

ri contra pro existimare, speciem pro genere acceperat. De opinione enim, non de existimatione, disputatio erat. Cur autem vocem mutaverit, causa fuit exemplum Solis, quod adferre parabat; quippe magnitudo Solis non probabilibus, sed necessariis argumentis certam ac necessariam cognitionem gignentibus demonstratur. Neque astronomia & mathematicae ceterae disciplinae in opinione versantur, sed certissimae sunt. Propterea, non opinionem, sed existimationem, quae in textu 154. in scientiam, opinionem, & prudentiam tributa certam item & necessariam cognitionem comprehendit, nominare voluit.

Alterum autem; cum alterum falsum, alterum verum esse dicturus esset; non temere sensum falsum, opinionem veram, non autem sensum verum & opinionem falsam cum dixisset: cum tamen sensum antea semper appellasset verum, opinionem interdum falsam. Duplex autem, si fallor, fuit causa. Prima; quoniam si sensus verus sit, opinio, quae sensum sequitur, nequit esse falsa: at si sensus fuerit falsus, corrigi opinio & emendari, secusque persuaderi ratione potest. Altera; quoniam non opinionem, sed existimationem nominaturus erat: Solique exemplum necessarium allaturus. In quo erret quidem propter nimiam distantiam sensus; at opinio seu potius existimatio vera sit & necessaria, nec falsa esse possit.

TEXTVS.

Συμμεταβαίνει γὰρ, ἢ τοι ἀποβελτικῶς τὴν αὐτῆς ἀληθείαν, ἢ ἐξ ἑστέρας, αὐτοῦ τοῦ ἡμῶν ἀποβελτικῶς καὶ ἀληθείας, καὶ μεταπηδῶντα ἢ εἰ ἐπ' ἕξει, ἀνάγκη τὴν αὐτῆς ἀληθείαν εἶναι καὶ ψευδῆ, ἀλλὰ ψευδῆς ἔχεται, ὅτι λάθῃ μεταπηδῶν τὸ ἀποβελτικῶς.

Fit itaque, ut vel is opinionem suam, quam habebat, veram abiciat re servata, non oblitus, nec dissuasus. Vel si alius habet, necesse est eandem veram esse & falsam. At falsa enaserit, cum res permutata laterit.

COMMENTARIUS LXI.

Proposita argumentationis vim atque absurditatem, ad quam ea deducit, ut aperte ostendat; tribus modis opinionem in nobis perire ac mutari accipit. Aut inquam re ipsa, de qua est opinio, mutata: ut si sedente Socrate verè opineris eum sedere; eo mox surgente, si opinionem eandem retinueris, in falsam illa mutabitur. Aut obliuione subsequente, qua planè desinas id opinari, quod prius opinaberis. Aut contraria demum ratione ac persuasione accedente opinionemque priorem pellente. Quartum modum addit Philoponus, quem habet quoque philosophus in tex. 17. prioris libri de Posteriori analyfi, opinionis scilicet subiecto corrupto hominèque opinante mortuo. Corruptis enim nobis pereunt simul omnia, quae sunt in nobis; cadentèque sub-

iecto accidentia, quae in eo sustentantur, concidunt vniuersa. Sed hunc Aristoteles nunc permittit, quòd ad rem praesentem non pertinet: eosque solos recensuit, quibus vivente ac superstitè homine opinionis mutatio efficitur.

Cum igitur sensus interdum sit falsus & opinio vera; si phantasia est sensus & opinio simul, alterum horum consequens erit: aut abiici opinionem veram & falsam accipi, ut sensui euadat similis: aut vnam & eandem phantasiam simul & eodem tempore deque eadem re veram & falsam esse; veram propter opinionem veram, falsam propter sensum falsum. Tertium membrum, quod cogitari potuisset, falsum sensum abiici & in verum mutari, ut cum opinione consentiat; propterea is non adiecit, quòd eum non mutari manifestum est: neque mutari posse, cum simplici constet circa praesens obiectum intuitus actione. Opinio, quae rationatione comparatur, facilius mutari potest. Eam tamen non mutari ostendit. Quoniam nisi aut rei mutatione, aut obliuione, aut contraria persuasione, mutari non potest. Neque verò mutatur Sol, neque accedit obliuio, neque secus contraria suadet ratio. Alterum igitur superest, ut phantasia simul vera & falsa esse dicatur. Quòd cum longe absurdissimum sit, neque fieri villo modo nec cogitari queat; planè constituendum est, phantasiam sensum & opinionem simul non esse.

Postrema autem illa verba (at falsa enaserit, cum res permutata laterit) necio quorum Philoponus vocem illam (laterit) opinionem interpretatus, docere dixerit posse simul opinionem & sensum falli; si obliuio incidere, resque opinabilis mutata fuerit. Nam ut Platonem mitam verissimè in Philebo docentem aliud esse laterè, aliud obliuisci: & obliuionem quidem exitum esse memoriae, laterè autem non innotuisse, & velut sensibus carentiam; ne id quidem ad rem pertinebat. Neque ut opinio fieret falsa, duas opus erat causas coniungere, obliuionem & mutationem rei. Sed altera satis erat; aut certe addenda fuit tertia, persuasio scilicet contraria. Praeterquam quòd rei opinabilis mutatio in Solem, de quo fuerat sermo, conuenire minimè potest. Ego verbum illud (laterit) non obliuionem rei antea cognitae; sed ignorationem rei, quae facta sit, significare arbitror; mutationis videlicet opinabilis rei. Sensumque esse; rem quidem fuisse mutatam, sed mutationem ab eo, qui opinionem habebat, obliuionem aut cognitam non fuisse. Hoc autem eò spectat, ut id exponat, quòd dixerat, opinionem mutatione rei mutari atque ex vera fieri falsam. Illud enim inquit ita intelligendum esse, ut mutatione rei dicatur opinio mutari & falsa fieri, quando mutatio latet atque ab opinante ignoratur. Tunc namque rem existimans eodem modo se habere, eandem retinet opinionem: atque ita quae erat vera, euadit falsa. Quòd si rem mutatam cognosceret, opinionem ipse quoque mutaret: & idèd non minus, quam antea, veram haberet.

TEXTVS.

TEXTVS.

Οὐκ ἔστι τὸ πρῶτον ἕξ, οὐδὲ ἐκ πρῶτου ἡ φαντασία. ἀλλ' ἰσχυρῶς κινηθῆναι τοῦτο κινηθῆναι ἕξ τῶν τούτων. ἢ ὁ φαντασία, κινῆσι τὸν δόξιν εἶναι, ἢ ἐκ αὐτοῦ αἰσθητικῶς ἡγεῖται, ἀλλ' αἰσθητικῶς, ἢ ἐκ αἰσθητικῶς εἶναι. ἔστι δὲ πρῶτον κινῆσαι τὸν τὸν αἰσθητικῶς τὸν αἰσθητικῶς. Καὶ τῶν τούτων ἰσχυρῶς αἰσθητικῶς τὸν αἰσθητικῶς εἶναι αὐτῶν ἢ κινῆσαι οὐδὲν αἰσθητικῶς ἐκ δὲ φαντασίας, οὐδὲ πᾶσι αἰσθητικῶς ἕξ τῶν τούτων.

Tex. 160. Non ergo vnum aliquod horum est, neque ex his phantasia. Sed quoniam fit, ut hoc moto alterum ab hoc moueatur; phantasia vero motus quidam videtur esse; & sine sensu non fieri, sed sentientibus & quorum sensus sunt.

Tex. 161. Potest autem fieri motus ab actu sensus, hincque similis esse sensui necesse est. Pueri vtrique ista motus, qui neque sine sensu fieri, neque in non sentientibus inesse possit.

COMMENTARIVS LXII.

Cognitio negationis & affirmatio. Res obscuras atque reconditas cognitibusque difficiles duplici ferè modo aggredimur. Primum ea remouendo, quæ rei, de qua agitur, non continentur; quidque ea non sit ostendendo. Deinde singula, quæ in sunt illi, affirmando, & quid ea sit indicando. Sic enim materiam quoque tum negatione, tum affirmatione explicatam fuisse in commentario ad tex. 2. superioris libri adnotavi. Idque in singulis penè disputationibus efficitur, dum falsa primum aliorum sententia confutantur; tum ea, quæ vera est, statuitur.

Hoc ipsum in phantasia natura peruestiganda philosophus præstitit. Nam quid ea non sit, hæcenus demonstrauit; dum eam probauit nec sensum esse, nec intellectus habitum aut cognitionem; hinc seorsim, siue coniunctim accipiantur. Deinceps quid sit explicare aggreditur. Quare superioris primum probationis conclusionem ponit, Phantasia nec vnum aliquid esse ex iis, quæ dicta sunt, nec eorum simul complexionem. Quod ad proximè dicta, ad sensum inquam & opinionem eorumque complexionem, Philoponus refert. Sed accommodatè magis Themistius ad antecedentem totam disputationem, tanquam generalem totius conclusionem: ad sensum inquam, scientiam, opinionem, & intellectum, horumque omnium qualemcumque complexionem. Quippe si sensus & opinio, quibus similis magis videtur, complexio non est; multò minus aliorum fuerit.

Deinde ad alteram expositionis partem dum accedit, Themistius non parùm miro existimantē, phantasia cum ab intellectu separare. Quorum enim duplex illa spectauit ante habita disputatione? Quarum altera vniuersè probatum est phantasia existimationem non esse, hoc est rationalis vllam animæ cognitionem. Altera speciatim demonstratum non esse scientiam, non intellectum, non opinionem. Nisi ut eam à tota intelligente parte remoueret atque distingueret. Nihilque aliud supererat explicandum, nisi quid tandem hæc facultas sit à sensu & intellectu diuersa. Inter sensum tamē & intellectum media est, atque inter irracionales

A facultates rationi & intellectui proxima, & eius velut imaginem præ se ferens: dum non ad externa progreditur, sed circa interiora versatur, & absentia quoque quasi presentia cognoscit. Quam ob causam intellectus appellatur interdum: & in tex. 155. intelligere in phantasia & existimationem, hoc est intellectum, ita diuisum fuit, ut post phantasia de intellectu statim dicendum proponeretur. Minimeque veritus est nunc Philoponus affirmare, philosophi institutum esse ea, quæ in irrationali anima rationis speciem præ se ferunt, docere.

Primum autem quid sit phantasia tradit: hocq; principio accipit: Quemadmodum in cæteris rebus fit, ut aliquid motum ab aliquo moueat aliud; ut vectis impulsus manu impellit lapidem. Estque quidpiam mouens non motum; aliud tum mouens tum motum; aliud demum, quod mouetur duntaxat, non item mouet: sic in animalium quoque cognitionibus euenire: mouensque non motum esse obiectum sensile, quod sensum quidem mouet, sed ipsum ab alio non mouetur: Mouens autem motum esse sensum, qui ab obiecto sensili mouetur & phantasia mouet: Denique motum non mouens phantasia esse. In bestis scilicet, in quibus facultas alia superior cognoscens non est, quæ ab illa moueatur. In homine namque intellectus est, qui hoc ipsum fuerit motum non mouens, quod in cæteris est phantasia. Vbi que autem nunc motus significat motionem perficientem & transitum ad cognitionis actum, ut in superioribus dictum est. Itaque quod in animalibus ait fieri, ut hoc moto alterum ab hoc moueatur; sensu inquit à sensilibus obiectis moto interior alia facultas ab eo moueatur. Deinde phantasia addit motum quendam videri, nempe cognitionem in nobis excitatam. Nam imaginandi vis interdum potestate est, interdum actu. Hocque tanquam manifestum ponit. Tum eam sine sensu non fieri: siquidem ut sensus non est sine sensili, quia moueri ab eo debet; ita nec phantasia sine sensu, quoniam ab hoc illam moueri oportet. Quare non contingenter, sed necessarîo cum sensu coniuncta est. Quæque sensu aut omni aut aliquo carent, phantasia quoque aut penitus aut certè circa illa sensilia distiuntur. Itaque sentientibus solam, & iis, quorum est sensus, inesse illam ait. Quod duobus modis potest intelligi. Vel ut phantasia subiectum significetur: eam inquam solis illis, quæ sensum habent, hoc est animalibus solis, inesse. Nā si non est sine sensu, iis planè duntaxat inerit, quæ sensu prædita sunt, quorumque proprius est sensus. Vel ut addatur tertia phantasiae conditio: eam tunc adesse, quando sensus actu operatur & sentit. Vel si subiectum quoque significari velis, completaris vtrumque; phantasia inesse solis sentientibus; & iis, quorum est sensus, hoc est quæ sensu vtuntur actuque sentiunt. Nam quæ manca sunt & mutilata, nec sentire possunt, nec imaginari. Vt quæ cæca nascuntur aut surda, colores aut sonos quo modo imaginantur? Fortasse autem magis ad rem fuerit, tum hanc conditionem interpretari. cum ait (sentientibus) hoc est actu operantibus. Tum obiectum adiungere, circa quod phantasia versetur, sequentibus verbis significatum; cum addit (& quorum sensus sunt) hoc est sensilium rerum. Quod Simplicij iudicio fuit additum, ut phantasia ab intellectu distingueret. Siquidem sine sensu non fieri, sed ab hoc excitari, intellectui quoque conuenit. At circa ea duntaxat versari, illaque sola compre-

CCCC iiij

ri contrā pro existimare, speciem pro genere acceperat. De opinione enim, non de existimatione, disputatio erat. Cur autem vocem mutaerit, causa fuit exemplum Solis, quod adferre parabat; quippe magnitudo Solis non probabilibus, sed necessariis argumentis certam ac necessariam cognitionem gignentibus demonstratur. Neque astronomia & mathematica ceterae disciplinae in opinione versantur, sed certissimae sunt. Propterea, non opinionem, sed existimationem, quae in textu 154. in scientiam, opinionem, & prudentiam tributa certam item & necessariam cognitionem comprehendit, nominare voluit.

Alterum autem; cum alterum falsum, alterum verum esse dicturus esset; non temere sensum falsum, opinionem veram, non autem sensum verum & opinionem falsam eum dixisse: cum tamen sensum antea semper appellasset verum, opinionem interdum falsam. Duplex autem, ni fallor, fuit causa. Prima; quoniam si sensus verus sit, opinio, quae sensum sequitur, nequit esse falsa: at si sensus fuerit falsus, corrigi opinio & emendari, secusque persuaderi ratione potest. Altera; quoniam non opinionem, sed existimationem nominaturus erat: Solisque exemplum necessarium allaturus. In quo erret quidem propter nimiam distantiam sensus; at opinio seu potius existimatio vera sit & necessaria, nec falsa esse possit.

TEXTVS.

Συμβίνει γὰρ, ἢτοι ἀποβεβληκίαι τῷ ἰαυτῷ ἀληθῆ ἔχειν, ὡς εἶχεν, σὺ δὲ οὐδὲν οὐδὲν πρὸς τὸ ἀληθῆ ἔχειν, καὶ μεταπειθόντα ἢ εἰ ἐπὶ ἐξεί, ἀδύναμι τῷ αὐτῷ ἀληθῆ εἶχει καὶ ψευδῆ. ἀλλὰ ψευδῆ εἶχοντο, ὅτε λάθον μεταπειθόν τὸ πρῶτον.

Fie itaque, ut vel is opinionem suam, quam habebat, veram abiciat re servata, non oblitus, nec dissuasus. Vel si adhuc habet, necesse est eandem veram esse & falsam. At falsa euaserit, cum res permutata latuerit.

COMMENTARIVS LXI.

*Opinio-
ne qua-
tuor-
mō-
di mu-
tari.*

Propositae argumentationis vim atque absurditatem, ad quam ea deducit, ut aperte ostendat; tribus modis opinionem in nobis perire ac mutari accipit. Aut inquam re ipsa, de qua est opinio, mutata: ut si sedente Socrate verē opineris eum sedere; eo mox surgente, si opinionem eandem retinueris, in falsam illa mutabitur. Aut obliuionem subsequente, qua planē desinas id opinari, quod prius opinaberis. Aut contraria demum ratione ac persuasionē accedente opinio- nēque priorem pellente. Quartum modum addit Philoponus, quem habet quoque philoso- phus in tex. 17. prioris libri de Posteriori analysi, opinionis scilicet subiecto corrupto hominēque opinante mortuo. Corruptis enim nobis pereunt simul omnia, quae sunt in nobis; cadentēque sub-

A iecto accidentia, quae in eo sustentabantur, concidunt vniuersa. Sed hunc Aristoteles nunc prae- terminist, quod ad rem praesentem non pertinet: eosque solos recensuit, quibus viuentē ac superstitu- te homine opinionis mutatio efficitur.

Cum igitur sensus interdum sit falsus & opinio vera; si phantasia est sensus & opinio simul, alterum horum consequens erit: aut abici opinio- nem veram & falsam accipi, ut sensui euadat similitudo vnam & eandem phantasiā simul & eodem tem- pore deque eadem re veram & falsam esse; veram propter opinionem veram, falsam propter sensum falsum. Tertium membrum, quod cogitari potuisset, falsum sensum abici & in verum mutari, ut cum opinio consentiat; propterea is non adiecit, quod eum non mutari manifestum est: neque mutari posse, cum simplici constet circa praesens obiectum intuitus actione. Opinio, quae ratiocina- tione comparatur, facilius mutari possit. Eam ta- men non mutari ostendit. Quoniam nisi aut rei mutatione, aut obliuione, aut contraria persua- sione, mutari non potest. Neque verō mutatur Sol, neque accedit obliuio, neque sensus contraria suadet ratio. Alterum igitur superest, ut phan- tasia simul vera & falsa esse dicatur. Quod cum longē absurdissimum sit, neque fieri vilo modo nec cogitari queat; planē constituendum est, phantasiā sensum & opinionem simul non esse.

Postrema autem illa verba (at falsa euaserit, cum res permutata latuerit) nescio quorū Philoponus vocem illam (latuerit) opinionem interpretatus, docere dixerit posse simul opinio- nem & sensum falli; si obliuio incidit, reliquae opinabilis mutata fuerit. Nam ut Platonem mit- tam verissimē in Philebo docentem aliud esse late- re, aliud obliuisci: & obliuionem quidem exitum esse memoriae, latere autem non innotuisse, & velut sensus carentiam sine id quidem ad rem per- tinebat. Neque ut opinio fieret falsa, duas opus erat causas coniungere, obliuionem & mutatio- nem rei. Sed altera satis erat; aut certe addenda fuit tertia, persuasio scilicet contraria. Praeter- quam quod rei opinabilis mutatio in Solem, de quo fuerat sermo, conuenire minimē potest. Ego verbum illud (latuerit) non obliuionem rei antea cognita; sed ignorationem rei, quae facta sit, signifi- care arbitror; mutationis videlicet opinabilis rei. Sensumque esse; rem quidem fuisse mutatam, sed mutationem ab eo, qui opinionem habebat, obser- uatam aut cognitam non fuisse. Hoc autem ex- pectat, ut id exponat, quod dixerat, opinionem mu- tatione rei mutari atque ex vera fieri falsam. Illud enim inquit ita intelligendum esse, ut mutatione rei dicatur opinio mutari & falsa fieri, quando mu- tatio latet atque ab opinante ignoratur. Tunc namque rem existimans eodem modo se habere, eandem retinet opinionem: atque ita quae erat ve- ra, euadit falsa. Quod si rem mutatam cognosceret, opinionem ipse quoque mutaret: & idē non mi- nus, quam antea, veram haberet.

TEXTVS.

henderē, ac sibi efformare, quæ in sensus incidunt; non item ad intellectalia, spiritalia, & indiuidua transire; proprium phantasiæ est. Quare intellectus vno tantum modo sine sensu non fit: nempe quoad excitationem; phantasia duobus plane. Tum propter antecedentem sensus actionem, quæ illum ad agendum mouet. Tum propter comitantem; quia nihil nisi corporeum & sensibile fingere sibi potest. Quoad ostendendum phantasiam vim esse materialem & corpoream pertinet.

Quartò adiungit, actionem sensus mouere posse, motumque illum, qui phantasia videtur esse, à sensu fieri. Mouet autem eodem modo, quo externum obiectum ad agendum mouit ipsum sensum. Nimirum obiectum illud ei proponendo, quod sensus cognoscens in seipsum cognitionis actu traduxit & transformauit, formam eius cognitam sine materia suscipiens. Hanc dum obijcit phantasia, illam quoque ad operandum excitat.

Vbi obiter obseruabis, non ab intentionali specie ab obiecto immissa atque impressa; sed ab ipsamet sensus cognitione, non vt est actio, sed vt est forma obiecti cogniti, phantasiam ad agendum moueri; *τὸ τὸν ἰσχυρὸν τῆς αἰσθητικῆς*, inquit Aristoteles. Vanamque esse nec Philosopho consentaneam opinionem eorum, qui ab illis eam moueri asserunt.

Vnde postremò deducit, motum illum à sensu actu factum similem illi esse oportere. Quod non solum ita intelligendum est, vt eadem sit res sensu & phantasia percepta; propterea quòd intellectui quoque id conuenit, qui eadem sanè intelligit, quæ sensu & phantasia proponuntur. Sed etiam eisdem sensibus conditionibus affecta cognoscatur. Quare phantasia distat ab intellectu, qui ad incorporeum & intellectuale transire potest, & absque figura, quantitate, aliisque id genus sensibus affectionibus naturam quamque contemplari.

Ex quibus omnibus phantasiæ definitionem colligit. Phantasia est motus à sensu factus, eorū proprius, quæ habent sensum, dum actu & re ipsa sentiunt. Scio Philoponum secus omnino interpretatū fuisse: cum quæ phantasiæ motus sensui similis dicitur, Aristotelē voluisse relicta phantasiæ definitione alterū aggredi explanationis caput, Quid phantasia & sensui commune sit. At ego illa ipsa verba ad inuestigandam definitionem arbitror pertinere. Est enim adhuc suspensa oratio nec dum perodus absoluta, nisi vbi definitionē colligit (fuerit vtique ipsa motus, &c.) Totaq; oratione ex quibusdā acceptis ad totam definitionem colligendam ita progreditur. Cum in cæteris rebus id eveniat, vt vno moto moueatur aliud; ac phantasia motus quidam videatur esse, nec sine motu fieri; sed sentientibus solis, de quæ iis, quorum est sensus: ac rursum à sensu actu fieri possit motus, quem sensui similem esse oportet: phantasia vtique huiusmodi motus fuerit à sensu factus atque in sentientibus solis existens. Cuius ratiocinationis antecedens quinque illis hypothesibus constat, quas seorsim commemorauit: & consequens phantasiæ definitionem ex illis colligit. Quam ob causam Simplicius singulis illis hypothesibus subaudiendam esse voluit eandem illam particulam (quoniam) quæ primæ opponitur, quousque tandem absoluta oratione definitio quaesita concludatur.

Phantasia vbi non sine sensu.

Vt sensus phantasia moueat.

Contra species intentionales.

Phantasia definitio.

Digestio xv. De interiorum sensuum numero.

IN euoluēda phantasiæ natura verè adnotasse videtur Simplicius, ex actionibus philosophum substantiam eius coniectasse. Etenim propolitam in initio methodo ex operationibus ad facultates progrediendi obseruare vbiq; voluit. Neque tam phantasticam facultatem, quam operationem definiuit; vbi motum à sensu factum dixit. Inde verò Philoponus inter cæteros definitionem collegit facultatis; Phantasia facultas est susceptiva per medium sensum formarum sensilium. Dicitur & interiorum sensum esse, à quo fit operatio à sensu actu profecta.

Ego verò magnopere vereor, ne operationem phantasticam, non facultatem, definiuerit; quòd eam esse à ceteris facultatibus non esse à communi sensu de quo antea egit, prolixius distinctam; sed quædam solum interiorum sensus operationem ab ea diuerfam, quæ communis sensus esse existimatur. Sane hoc ita esse multa restantur. Primum; quòd iam antecedenti tota tractatione nunquam ita facultates eas definiuit, quas veras & ab aliis distinctas facultates esse credidit. Nutrientem dixit animæ facultatem esse, quæ viuens vt tale est conseruatur. Vnde augentis quoque & procreantis definitiones colligi voluit. Deinde seculum vniuersæ facultatem à sensibus obiectis patiendi esse tradidit. Et rursum facultatem esse sensilium formarum susceptricem sine materia. Quare eodem modo phantasiam definiuisset; si non operationem, sed facultatem à cæteris distinctam esse iudicasset.

Deinde quod in superiori tota oratione non tanquam de facultate, sed tanquam de actione semper de illa loquutus est. Vt in tex. 155. phantasia est, secundum quam phantasia aliquid in nobis fieri dicimus. Et tex. 156. sensus semper adest, phantasia non semper. Quòd si facultas esset; non minus, quam cæteræ facultates, adesse semper, et si non operaretur. Tum verò intelligi potest ex libro de somniis cap. 1. Quo loco eadem hac definitione repetita idem esse ait *τὸ αἰσθητικὸν τὸ ἐκείνου*, solaque ratione differre: quòd *αἰσθητικὸν* dicitur, vt obiecta præsentia cognoscit; & *ἐκείνου*, vt cetera absentium phantasmata versatur (& in superiori tex. 161. phantasiam dixit sine sensu non esse, solisque sentientibus inesse.) Et idem somnare *ἐκείνου* quidem esse, sed quatenus *ἐκείνου* est *αἰσθητικὸν* autem eo loco sensum communem significare certum esse. Quoniam hoc argumento probatur illius esse somnare; quia eiusdem est somnare, cuius est dormire, eiusdem somnium & somnus: somnus autem communis sensus passio existit, vt in cap. 2. libri de somno & vigilia demonstratur. Rursum in libro de mem. & remin. cap. 1. phantasma legitur communis sensus passionem esse: indeque colligi, memoriam primæ sentitiui, hoc est communis sensus per se esse. Et paulò post affirmari esse phantasiæ: eaque per se memorabilia dici, quorum est phantasia; cætera ex accidenti.

Propterea igitur phantasiam credens facultatem non esse vllam animæ re à communi sensu distinctam, sed diuersam solum eiusdem facultatis operationem; tanquam operationem potius, quam tanquam facultatem, definiuit; illud solum addens, quòd illius proprium erat. Si enim phantasia eiusmodi

Digressio xv.